

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. III.

1888.

Inhalt: 17. Epistola Pontificia ad Episcopos Bavariae. — 18. Necessitas aggregationis Sodalitatum sub titulo: Annunc. B. M., Bonae Mortis, B. M. V. a Salute nec non S. Josephi et S. Camilli de Lellis primariis Sodalitatibus in alma Urbe. — 19. Decretum de Indulgentiis, concessis parvum B. M. V. Officium recitantibus. — 20. Zur Congrua: Entscheidung des Verwaltungsgerichtshofes in Betreff der Nichtrechnung der Stiftungsgebühren. — 21. Eheschließung Angehöriger des Königreiches Griechenland. — 22. Dokumente behufs Erwirkung des bürgerlichen Eheaufgebotes in Italien. — 23. Die Legitimation eines unehelichen Kindes betreffend. — 24. Sammlung. — 25. Literatur. — 26. Concurs-Verlautbarung. — 27. Chronik der Diöcese.

17.

Epistola Pontificia LEONIS PP. XIII. ad Episcopos Bavariae.

Officio sanctissimo adducti muneris Apostolici, multum diuque, ipsi nostis, contendimus, ut res Ecclesiae catholicae apud Borussos haberent aliquando melius, atque in gradum dignitatis suum restitutae, ad honorem pristinum amplioremque florescerent. Quae consilia, qui labores Nostri, aspirante Deo et iuvante, sic processere, ut praeteritam querimoniam lenierimus, et spe teneamur de libertate catholici nominis plene ibidem tranquilleque fruenda. — Nunc autem animus est cogitationes et curas, singulari quodam studio, ad Bavaros convertere. Non ea quidem causa quod rem sacram eodem esse loco in Bavaria atque in Borussia erat, putemus; sed hoc optamus et cupimus, ut isto quoque in regno, quod catholica professione ab avis maioribusque gloriatur, incommoda quotquot insident de libertate detrahentia Ecclesiae catholicae, opportune resecentur. — Cuius maxime salutaris propositi ut ad effectum perveniamus, volumus et omnes aditus explorare, qui reliqui dentur, et quantum in Nobis auctoritatis opisque est sine cunctatione conferre. Atque vos opportune appellamus, Venerabiles Fratres, vestraque opera filios Nostros e Bavaria carissimos appellamus omnes, ut quaecumque ad rationes fidei et religionis in gente vestra curandas et

provehendas pertinere videantur, ea vobiscum pro potestate communicemus, de iis tribuamus consilia, de iisque ad ipsos civitatis rectores fidenter instemus.

In sacris Bavarorum fastis, res repetimus haud incognitas vobis, bene multa sunt, de quibus Ecclesia et civitas concordem capiant laetitiam. Nam fides christiana, ex quo divina eius semina, cura studioque summo sancti abbatis *Severini*, qui Norici apostolus extitit, aliorumque Evangelii praeconum, in gremio regionis vestrae sunt sparsa, tam altas egit fixitque radices, nulla ut deinceps neque superstitionis immanitate, neque rerum publicarum perturbatione et conversione exaruerit penitus. Quare, sub exitum saeculi septimi, factum est, ut quum *Rupertus* episcopus sanctus Vormatiensis, Theodone invitante Bavariae duce, christianam fidem per easdem regiones exsuscitandam amplificandamque aggressus esset, sane multos, tum cultores fidei tum eius amplectendae studiosos, in media superstitione repererit. Ipse autem eximius princeps, Theodon, quo fidei urgebatur ardore, romanum iter suscepit, et pronus ad sepulcra SS. Apostolorum, itemque ad augustum Iesu Christi Vicarium, exemplum pietatis et coniunctionis Bavariae cum hac Apostolica Sede primus edidit

nobilissimum, quod alii subinde egregii principes sunt religiose imitati. — Per idem tempus Cardinalis *Martianus*, episcopus Sabinensis, a sancto Pontifice Gregorio II. in Bavariam legatus est, qui rebus catholicis subsidia et incrementa afferret, sociique additi *Georgius* et *Dorotheus*, cardinales ambo Ecclesiae romanae. Non ita multo post Romam ad summum Pontificem profectus est *Corbinianus*, Episcopus Frisingensis, vir sanctimonia vitae suique despicientia insignis, qui apostolicos Ruperti labores pari laborum industria confirmavit et auxit. Cui vero laus debetur prae ceteris, aluisse et excoluisse fidem in Bavaris, is facile est sanctus *Bonifacius*, archiepiscopus Moguntinus; ipse qui Germaniae christianae pater, apostolus, martyr immortalis verissimoque praeconio celebratur. Hic legationes peregit a romanis Pontificibus Gregoriis II. et III. ac Zacharia, quorum maxima semper floruit gratia; eorundemque nomine et auctoritate regiones Bavariae in dioeceses descripsit, atque ita hierarchiae ordinibus constitutis, insitam fidem ad perpetuitatem commendavit. *Ager dominicus* (scribente ad ipsum Bonifacium S. Gregorio II.), *qui incultus iacebat, et spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuae doctrinae exarante, semen verbi suscepit, et fertilem messem protulit fidelitatis*¹⁾. Illo ex tempore Bavarorum religio, quantumvis aetatum decursu tentata acerrime, ad omnes rerum civilium casus salva et constans permansit. Etenim secutae sunt quidem turbae illae et contentiones imperii adversus sacerdotium, asperae, diuturnae, calamitosae; in iis tamen plus vere fuit Ecclesiae quod laetaretur in Bavaris, quam quod doleret. Summa autem consensione, a Gregorio XI., Pontifice legitimo, ipsi steterunt, effrenata dissidentium audacia nequam dimovente, frustra minitante; et, quod per arduum erat, longo inde intervallo, nihil vi atque impetu Novatorum absterriti, fidei integritatem et veterem cum romana Ecclesia coniunctionem religiose semper servarunt. Quae virtus et firmitudo patrum vestrorum eo magis praedicanda est, quod populos fere omnes eorum finitimos nova secta

misere subegisset. Sane Bavaris, qui eo erant luctuoso tempore, illa apposite congruebant, quibus Gregorius idem II. catholicos Thuringiae homines, a S. Bonifacio christiana sapientia imbutos, multo ante affatus erat, merita commendationis gratia, in quadam epistola ad optimates: *Insinuatam nobis magnificae in Christo fidei vestrae constantiam agnoscetes, quod pagani compellantibus vos ad idola colenda, fide plena responderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare; nimia exultatione repleti, gratias debitas persolvimus Deo nostro et redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratia comitante, vos ad meliora et potiora optamus proficere, et ad confirmandum fidei vestrae propositum sanctae Sedi Apostolicae religiosius mentibus adhaerere, et, prout opus poposcerit sacrae religionis, a memorata sancta Sede Apostolica, spiritali omnium fidelium matre, solatium quaerere, sicut decet filios cohaeredes regni a regali parente*¹⁾.

Etsi vero Dei miserentis gratia, quae superiore memoria gentem vestram tutata est benignissimeque complexa, optime in posterum tempus augurari, optime sperare Nos iubet, nihilominus ea omnia, quoad suae cuiusque sunt partes, praestare debemus, quae plus habeant efficacitatis ad damna religionis sive accepta sarcienda, sive imminetia prohibenda; ita ut christiana doctrina et instituta morum sanctissima ad plures quotidie se possint effundere laetissimisque fructibus latius redundare. Quod non eo dicimus, velut si causa catholica idoneos magis minimeque timidos propugnatores apud vos desideraret: probe enim novimus vos, Venerabiles Fratres, unaque maiorem et sanio rem partem tum sacri ordinis tum hominum externorum, haudquam frigere otiose ad certamina et pericula quibus cingitur premiturque ecclesia vestra. Quapropter sicut non absimili causa decessor Noster Pius IX. amantissimis litteris ad Episcopos Bavariae datis²⁾, praeclara eorum studia, sacris Ecclesiae rationibus tuendis impensa, summis laudibus extulit; ita per libenter Nos iustam singulis laudem ultro palam-

¹⁾ Ep. XIII. ad Bonifacium. — Cfr. Labbeum Collect. Conc. V. VIII.

¹⁾ Ep. v. ad optimates Thuring. — Cfr. Labbeum, ibidem.

²⁾ Litt. *Nihil nobis gratius*, die 20. Februarii a. 1851.

que tribuimus, quotquot ex Bavaris defensionem religionis avitae susceperunt fortiter et egerunt. Verum, quibus temporibus providentissimus Deus Ecclesiam suam saevis procellis agitari permittit, acriores ipse a nobis animos viresque in auxilium paratioris optimo iure deprecatur. Vos autem ad unum, Venerabiles Fratres, aequae ut Nos, dolenter videtis quam aliena et quam iniqua in tempora Ecclesia inciderit; videtis cum primis quo se loco habeant res vestrae, et quibus vosmetipsi difficultatibus conflictemini. Ergo intelligitis experiendo, munera vestra maiorem quam antehac habere in praesentia amplitudinem, ad eaque vigilantiam et actionem, robur et prudentiam christianam debere vos enixius intendere.

Ac primum omnium ad clerum parandum et ornandum, auctores vobis hortatoresque sumus. — Clerus nimirum instar exercitus est, qui, quoniam instituta sua et suorum perfunctio munerum ita ferunt, ut, sub magisterio episcoporum, cum christiana multitudine assiduo fere usu versetur, decus ideo praesidiumque tanto amplius est rei publicae allaturus, quanto et numero praestet et disciplina. Quapropter Ecclesiae haec fuit semper antiquissima cura, ut illos deligeret educeretque ad sacerdotium adolescentes, *quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros*¹⁾; eademque, *ut adolescentium aetas... a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat*²⁾; ipsis proprias sedes et ephebea condidit, atque regulas, in sacro praesertim Concilio Tridentino³⁾, sapientiae plenas praescripsit, *ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit*⁴⁾. Alicubi quidem quaedam latae sunt valentque leges, quae sin minus impediunt, interturbant quominus uterque clerus sua sponte conflatur,

suaque disciplina instituat. Nos hac in re, quae tanti interest quanti interesse maxime potest, sicut alias, ita nunc oportere existimamus, sententiam Nostram aperte eloqui, et omni qua possumus ratione ius Ecclesiae sanctum inviolatumque retinere. Ecclesiae nimirum, quippe quae societas sit genere suo perfecta, ius nativum est cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, plurimis auxiliantes, in pacifico regno quod salutis humani generis Iesus Christus in terris fundavit.

Clerus autem concredita sibi officia integre profecto et cumulate explebit, ubi, curam episcopis adhibentibus, talem e sacris seminariis disciplinam mentis animique sit naetus, qualem dignitas sacerdotii christiani et ipse temporum morumque cursus requirit; cum scilicet oportet doctrinae laude, et, quod caput est, summa laude virtutis excellere, ut animos hominum conciliet sibi atque in observantiam adducat.

Christiana sapientia, qua luce mirifica abundat, in omnium oculis niteat necesse est, ut tenebris inscientiae, quae est religioni maxime inimica, dispulsis, veritas longe lateque se pandat et feliciter dominetur. — Etiam refellantur oportet et convellantur errores multiplices, qui, vel ignorantia vel improbitate vel praeiudicatis opinionibus exorti, mentes hominum perverse avocant a veritate catholica, et quoddam animis fastidium eius aspergunt. Hoc munus permagnum quod est *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere*¹⁾, ad ordinem pertinet sacerdotum, qui legitime habuerunt a Christo Domino impositum, quum divina ille potestate dimisit ad gentes universas docendas: *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae*²⁾; ita plane ut episcopi, in Apostolorum locum subiecti, praesint magistri in Ecclesia Dei, presbyteri adiutores accedant.

(Continuabitur.)

¹⁾ Conc. Trid. Sess. XXIII, de reform. c. XVIII.

²⁾ Ib. ³⁾ Ib.

⁴⁾ Conc. Trid. Sess. XXIII, de reform. c. XVIII.

¹⁾ Tit. I. 9.

²⁾ Marc. XVI, 15.

Ex S. Congregatione Indulgentiarum.

Sodalitates sub titulo Annuntiationis B. Mariae Virginis, nec non Sodalitates Bonae Mortis ubique locorum erectae, nequeunt gaudere Indulgentiis et privilegiis eisdem concessis, nisi respectivis primariis Sodalitatibus in alma Urbe existentibus fuerint aggregatae.

Beatissime pater! Antonius M. Anderledy Praepositus Generalis Soc. Iesu ad pedes S. V. provolutus demisse exponit, olim Congregationes B. Mariae Virg. et Bonae Mortis, ut in Ecclesiis Societatis ortum habuerunt ita, etsi ab aliis erigerentur, Indulgentias a Sede Apostolica illis concessas consequi non potuisse, nisi a Praeposito generali Soc. Iesu, cui ad id ampla facultas a pluribus Romanis Pontificibus concessa et saepius confirmata est, Primariis Congregationibus eiusdem tituli in Collegio Romano, sive in Ecclesia SS.mi Nominis Iesu canonice erectis aggregarentur. Ex qua quidem benigna S. Sedis dispositione, inter alias, haec imprimis utilitas promanabat, quod omnes illae Congregationes, etsi per totum Orbem erant diffusae, iisdem tamen regerentur legibus et usibus, et communi quodam vinculo colligatae, sancta inter se aemulatione ad bona quaeque opera stimulos sibi iniicerent, atque plurimos ad Dei gloriam et animarum salutem proferrent ubique fructus insignes.

Verum ab aliquo tempore dictae Congregationes B. Mariae Virg. et Bonae Mortis ab aliis quoque non tantum (ut iam pridem in usu fuerat) eriguntur, verum etiam Indulgentiis ab hac S. Sede

ipsis concessis ditantur, ita ut nullatenus ad Primarias illas Congregationes Romanas aggregentur, sed singulae earum per Orbem diffusae, nullo vinculo inter se, nec cum ullo communi centro coniunctae remaneant.

Quare praedictus Orator enixe et humiliter rogat, ut S. V., si ita expedire ad maiorem earum Congregationum profectum videatur, benigne statuatur, Congregationes B. M. Virginis et Bonae Mortis, etsi ab aliis sint erectae, nihilominus Indulgentias eis a Romanis Pontificibus concessas non posse consequi in posterum, nisi, ut iam pridem usus ferebat, a Societatis Iesu Praeposito Generali, obtento utique Ordinarii loci consensu, ad Primarias Congregationes Romanas fuerint aggregatae.

Et Deus etc.

SS.mus D.nus Noster Leo Papa XIII. in Audientia habita die 17. Septembris ab infrascripto Secretario S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis de iure servandis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum ex Secretaria S. Congregationis Indulgent. et SS. Reliq. die 17. Septembris 1887.

Pro R.mo D.no Card. Fr. **Thoma M. Zigliara** Praef.

(L.†S.)

M. Card. **Ledochowski.**

Alexander Episcopus **Oensis**, Secretarius.

Sodalitates sub titulo Beatae Mariae Virginis a Salute nuncupatae, nec non S. Iosephi et S. Camilli de Lellis confessoris, ubique locorum erectae, nequeunt gaudere respectivis Indulgentiis et privilegiis, nisi Archisodalitati eiusdem nominis et instituti in alma Urbe existenti fuerint aggregatae.

Beatissime pater! Inter plurimas quae vigent piae Sodalitates in honorem B. Mariae Virginis institutae, ea quoque adnumeranda est quae

titulo gaudet eiusdem B. Mariae Virginis a Salute nuncupatae, et s. Iosephi eiusdem Sponsi, nec non s. Camilli de Lellis Confessoris. Haec suam repetit

originem a Clericis Regularibus Infirmis ministrantibus, qui eam primitus erexerunt in Ecclesia principe sui Ordinis s. Mariae Magdalenae poenitenti in hac alma Urbe dicata, quam deinde in reliquis etiam propriis Ecclesiis propagarunt. Progressu temporis supradicta Sodalitas titulum quoque Archisodalitatis assequuta est cum facultate alias sibi similes Sodalitates aggregandi eisque communicandi Indulgentias, quibus a Romanis Pontificibus ditata est. Quamvis autem praefatum ius aggregandi non nisi uni supremo Moderatori Archisodalitatis tributum sit, qui ipsemet est Praepositus generalis Ordinis Clericorum Infirmis Ministrantium, attamen cum praedictarum Sodalitatum erectio ipsis etiam competat Episcopis, saepenumero contigit, ut ob facultatem illis collatam ex speciali Apostolico indulto erigendi Sodalitates cum Indulgentiis, quibus in Urbe perfruuntur respectivae Archiconfraternitates, supramemoratam quoque Sodalitatem erigant absque ulla exhibita petitione aggregationis supremo Sodalitatis Moderatori.

Id vero uti experientia comprobatur in eiusdem Sodalitatis bonum minime vergit. In his siquidem Sodalitatibus tali modo erectis, quae nullo inter se vinculo coniunguntur cum Sodalitate primaria, quae ab Apostolica Sede uti centrum aliarum fuit constituta, paulatim ea deficit unitas directionis

piorumque usuum uniformitas, quae maxime confert ad incrementum honoris et devotionis erga B. M. Virginem, nec non maioris spiritualis boni ipsorum Sodalium. Haec secum reputans Ioachim Ferrini hodiernus Vicarius generalis CC. RR. Infirmis Ministrantium, supplices admoveat preces Sanctitati Vestrae, quatenus benigne decernere dignetur, ut in posterum Sodalitates sub titulo B. M. Virginis a Salute ac s. Iosephi Eius Sponsi et s. Camilli de Lellis Confessoris canonice erectas per Rev. morum Ordinariorum Decretum extra Ecclesia Ministrantium Infirmis, frui nullimodo posse Indulgentiis, gratiis et privilegiis a Romanis Pontificibus Archisodalitati Romae existenti in praefata Ecclesia concessis, nisi fuerint eidem Archisodalitati, praevio Rev. morum pariter Ordinariorum consensu, aggregatae per patentes literas ab eodem Praefecto generali eorumdem CC. RR. Ministrantium Infirmis expediendas.

Et Deus etc.

Ex Audientia SS.mi diei 17. Novembris 1887.

SS. mus D. N. Leo Papa XIII. benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis de iure servandis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum ex Secretaria S. Congregationis Indulg. et SS. Reliq. die 19. Nov. 1887.

Caetanus Card. **Aloisi Masella**, Praefectus.

Alexander Episcopus **Oensis**, Secretarius.

(L.†S.)

19.

DECRETUM URBIS ET ORBIS,

quo conceduntur indulgentiae recitantibus parvum B. M. V. Officium.

Ex Audientia SS.mi diei 17. Novembris 1887.

Pia et laudabilis iamdiu viget consuetudo, longo saeculorum decursu nunquam interrupta, apud Christifideles speciali cultu prosequendi Beatissimam Virginem Mariam devota recitatione parvi Officii, quod in honorem eiusdem Virginis extat

in Breviario Romano a S. Pio V. recognito et approbato. Ad quam praedicti Officii lectionem et usum, ut maius adderet incitamentum idem sanctus Pontifex aliquas Indulgentias, nedum iis qui illud persolvere tenebantur diebus in Rubrica praefinitis,

sed et ceteris Christifidelibus, quibus ex propria devotione mos erat ipsum recitandi, elementer elargitus est. Quo vero ista tam salutaris Christiano populo consuetudo recitandi mariales laudes maius accipiat incrementum, hac praesertim aetate, qua ad Deiparam Virginem fidenter confugiendum est, ne tot, quibus undique premimur aerumnis obruamur, SS.mo Domino Nostro supplices exhibitae sunt preces, quatenus usum recitandi parvum Officium Beatae Mariae Virginis ditiori Indulgentiarum thesauro promovere dignaretur. Has porro preces idem SS. mus peramanter excipiens valdeque exoptans, appropinquante iam anno quinquagesimo, a quo Sacrum primum litavit, erga sanctissimam Dei Genitricem suae venerationis gratique animi novum edere testimonium, et in Christifidelibus magis fovere studium ac pietatem, ut memorato laudum praeconio pergant eidem divinae Matri cultum exhibere et honorem, Indulgentias, uti sequitur, benigne concessit; nempe 1. *Plenarium*, lucrandam quolibet anni mense, die uniuscuiusque arbitrio eligendo, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui mense integro quotidie totum

parvum Officium B. Mariae Virginis, id est Matutinum, quod uno tantum constat nocturno die eurrentis cum reliquis horis usque ad Completorium inclusive, devote recitaverint, dummodo praefato die vere poenitentes, confessi ad sacram Synaxim accesserint, piisque ad Deum preces aliquo temporis spatio ad mentem Sanctitatis Suae effuderint: 2. *Septem annorum totidemque quadragenarum*, semel in die acquirendam ab iis Christifidelibus, qui praefatum parvum Officium devote pariter et corde saltem contrito persolverint: 3. *Tercentum demum dierum*, ab iis similiter semel in die lucrandam, qui Matutinum tantum, uti supra, cum Laudibus devote ac corde item contrito recitaverint.

Quas omnes Indulgentias eadem Sanctitas Sua animabus quoque Christifidelium in Purgatorio detentis fore applicabiles benigne declaravit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositae die 17. Novembris 1887.

Caietanus Card. **Aloisi Masella**, Praefectus.

Alexander Episcopus **Oensis**, Secretarius.

(L.†S.)

20.

Die Entscheidung des h. k. k. Verwaltungsgerichtshofes in Betreff der Stiftungsgebühren, welche auf Grund der h. Ministerialerlässe vom 29. Dezember 1851, B. 169, und vom 14. Februar 1852, B. 556, in die Congrua nicht eingerechnet werden dürfen.

Der k. k. Verwaltungsgerichtshof hat unter dem Vorsitze des k. k. Präsidenten Grafen Belcredi, in Gegenwart der Räte des k. k. Verwaltungsgerichtshofes: Sektionschef Dr. Freiherr von Lemayer, Freiherr von Schar Schmid, von Ehrhardt und Dr. Verdin, dann des Schriftführers, k. k. Rathsekretärs-Adjunkten von Stebelski, über die Beschwerde des Anton Kühn, Pfarrers zu Reinowitz, gegen die Entscheidung des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 20. März 1887, B. 3445, betreffend die Einrechnung von Stiftungsmaßbezügen in die Congrua, nach der

am 9. Dezember 1887 durchgeführten öffentlichen mündlichen Verhandlung, und zwar nach Anhörung des Vortrages des Referenten, sowie der Ausführungen des Hof- und Gerichtsadvokaten Dr. Viktor Fuchs senior, als Vertreters des Beschwerdeführers und der Gegen Ausführungen des k. k. Ministerialrathes Dr. Ritter von Spann, als Vertreters der belangten Behörde, zu Recht erkannt:

Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Gesetzes vom 22. Oktober 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876 aufgehoben.

Entscheidungsgründe.

§ 3, 1, G des Gesetzes vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. 47, bestimmt, daß in die behufs der Congrua-Bemessung vorzunehmende Berechnung der Einnahmen der katholischen Seelsorgestationen einzubeziehen ist:

„Das Erträgnis aller vor Wirksamkeit dieses Gesetzes mit einem bestimmten Betrage errichteten Messstipendien und Stiftungen für gottesdienstliche Funktionen, wenn deren Einrechnung keine Bestimmung des Stiftsbriefes entgegensteht.“

Nach diesem klaren gesetzlichen Wortlaute kommt es also hinsichtlich der Frage der Einrechenbarkeit der Stiftungsbezüge auf die Bestimmungen des Stiftsbriefes, d. i. der über die Aufrichtung der Stiftung errichteten Urkunde an, und geht es nicht an, wie in der angefochtenen Entscheidung geschehen ist, anstatt des Stiftsbriefes „die stifterische Willenserklärung“ d. i. also die testamentarisch oder unter Lebenden getroffene Anordnung über die Errichtung der Stiftung für maßgebend zu erklären.

Es steht ferner fest, daß hinsichtlich aller acht Stiftungen, um deren Berücksichtigung bei Bestimmung der Congrua des Reinowitzer Pfarrers es sich im vorliegenden Falle handelt, zwar nicht in den stifterischen Anordnungen, wohl aber in den Stiftsbriefen eine die Nichteinrechnung der Stiftungsgenüsse statuierende Clausel enthalten ist, welche übereinstimmend dahin lautet:

„Daß im Einklange mit den Ministerial-Erlässen vom 29. Dezember 1851, Z. 169, und vom 14. Februar 1852, Z. 556, dieser Stiftungsbezug niemals in die pfarrliche Congrua eingerechnet werden solle.“

Von Seite des Ministeriums wurde dieser Clausel die Deutung gegeben, daß dieselbe, wegen der Be-

rufung auf die erwähnten Ministerialerlässe, nur als eine Constatirung des geltenden Rechtes, aber nicht als eine dispositiv Anordnung und deshalb auch nicht als eine „Bestimmung“ des Stiftsbriefes im Sinne des Congrua-Ergänzungs-Gesetzes (§ 3, 1, G) aufzufassen sei.

Der Verwaltungsgerichtshof vermochte jedoch dieser Ansicht nicht beizupflichten, weil abgesehen davon, daß es zur Anwendung des geltenden Rechtes überhaupt keiner stiftsbriefmäßigen Anordnung bedurfte, aus der Bestimmung, daß der Stiftungsbezug „niemals“ in die Congrua einzurechnen sei, deutlich hervorgeht, daß die Absicht bestand, die Einrechnung auch für den Fall einer Aenderung des damals geltenden Congrua-Berechnungs-Systems auszuschließen, und daß es sich daher um eine selbstständige Anordnung und beziehungsweise um eine Bedingung der Acceptation der Stiftung handelt.

Eine solche Bestimmung konnte allerdings spätere Verfügungen der Gesetzgebung nicht präjudizieren. Da aber eben durch das Gesetz selbst die Wirksamkeit solcher stiftsbriefmäßigen Bestimmungen durch die Anordnung anerkannt wurde, daß die Einrechnung der Erträgnisse von früher errichteten Stiftungen nur dann stattfinde, wenn der Einrechnung keine Bestimmung des Stiftsbriefes entgegensteht, und da solche entgegenstehende Bestimmungen hier ohne Zweifel vorliegen, so mußte die angefochtene Entscheidung, womit die Einrechnung der Bezüge aus den fraglichen acht Messstiftungen in die Congrua des Pfarrers von Reinowitz angeordnet wurde, als gesetzlich nicht begründet aufgehoben werden.

Wien, am 9. Dezember 1887.

Eheschließung Angehöriger des Königreiches Griechenland.

Das hohe k. k. Ministerium des Innern hat über eine, von der k. k. Statthalterei in Graz anlässlich eines speciellen Falles gestellte Anfrage, ob nämlich die zu einer Ehe schreitenden Angehörigen

des Königreiches Griechenland dem Trauungsfunctionär bloß ein den Abgang von Ehehindernissen bestätigendes Zeugnis des königl. griechischen Consulates vorzuweisen, oder irgend welche weiteren Dokumente

beizubringen haben, an die genannte Statthalterei Nachstehendes eröffnet:

„Nach den im Wege des k. und k. Ministeriums des Aeußern bei der Regierung des Königreiches Griechenland eingeholten Auskünften über die Organe, welche das in den österreichischen Vorschriften (Hofkanzlei-Dekret vom 22. Dezember 1814, N. 1118, F. G. S./108 pol. G. S. und Erlaß des k. k. G. u. U. Minist. vom 22. November 1859, Z. 14602) für jeden ausländischen Ehemwerber verlangte Zeugniß, daß er nach seinen vaterländischen Gesetzen die persönliche Fähigkeit zur Abschließung der Ehe besitze und die nach diesen Gesetzen etwa erforderliche Erlaubniß zur vorhabenden Eheschließung erlangt habe, den in Oesterreich zu einer Ehe schreitenden griechischen Staatsangehörigen auszufertigen haben, sind die kön. griech. Consulate befugt und berufen, ihren Staatsangehörigen im Auslande den Nichtbestand von Hindernissen wider deren Verhehlung auf Grund von Erklärungen zu bescheinigen, welche ihnen die beteiligten Parteien angaben und als wahr durch ehrenhafte Zeugen bekräftigt und garantirt werden, während bei Ehemwerbern im Königreiche alle präliminären Acte, die den Abgang von Ehehindernissen zu erhärten bezwecken, vor den zur Trauungsvornahme ausschließlich berufenen Kirchen-Organen erfolgen.

Hierlands um die Trauung werbende griechische Staatsangehörige werden sonach ihre Verhehlungsfähigkeit durch ein Zeugniß einer in Oesterreich-Ungarn residirenden königl. griechischen Consularbehörde auszuweisen haben, wenn sie aber im Königreiche domiciliren, dieselbe auch schon durch ein Zeugniß ihrer heimischen Kirchenbehörde ausweisen können.

Den Ausweis der Verhehlungsfähigkeit fordern die österreichischen Vorschriften von jedem ausländischen Ehemwerber (wie schon das erwähnte Hofkanzlei-Dekret vom 22. Dezember 1814 bemerkt) aus dem Grunde, weil die persönliche Fähigkeit des Fremden zu Rechtsgeschäften gemäß N. 34 a. b. G.-B. insgemein nach den Gesetzen des Ortes, denen derselbe als Unterthan untersteht, zu beurtheilen ist, — und indem die österr. Trauungsfunktionäre nicht gut in der Lage sind, jedes der einzelnen nach der ausländischen Gesetzgebung zu beachtenden Momente, welche die persönliche Fähigkeit des fremden Ehemwerbers bedingen, selbst-

ständig wahrzunehmen und zu prüfen, mußte ihnen die Abforderung eines allgemeinen, diese Fähigkeit ausweisenden Zeugnisses aufgetragen werden.

Ist aber in einem derartigen allgemeinen Atteste von dem dazu berufenen ausländischen Organe diese Fähigkeit nach den dortigen Gesetzen in einer bestimmten, keinen Zweifel erweckenden Weise, als vorhanden anerkannt, so erscheint damit der Vorschrift der österr. Gesetzgebung vollständig Genüge geleistet. Denn sobald die persönliche Fähigkeit im Ganzen positiv und bestimmt bestätigt ist, kann es erst mehr gerechtfertigt sein, die Reihe der einzelnen, die Verhehlungsfähigkeit bedingenden Momente noch durch weitere besondere Zeugnisse und Urkunden ausweisen zu lassen, zumal auch die Behörde des ausländischen Staates die Verhehlungsfähigkeit unbedingt und im Ganzen wohl nicht bestätigen kann und wird, wenn sie bei der kompetenten Erhebung und Prüfung derselben findet, daß ihrem Staatsangehörigen zum Besitze dieser Fähigkeit irgend ein wesentliches Erforderniß fehlt.

Dies hindert jedoch nicht, zu verlangen, daß dem österr. Trauungsfunktionär die kardinalen Daten aus den Personalien des ausländischen Ehemwerbers (d. i. Alter, Religion, lediger oder verwitweter Stand, rechtskräftige völlige Trennung des etwaigen früheren Bandes, etwa empfangene höhere Weihen, abgelegte feierliche Ordensgelübde zc.), wosferne sie ihm anderweitig weder sicher bekannt noch ausgewiesen werden, von Seite jenes ausländischen Organes angegeben werden, welches eben die persönliche Fähigkeit dem fremden Ehemwerber bescheinigt.

Die Kenntniß solcher kardinaler Daten ist dem Trauungsfunktionär großen Theils schon für die Matrikulirung des Civilstandsactes unentbehrlich. Er kann sie aber auch nicht vermissen zum Behufe der Vornahme des Trauungsactes selbst.

Es kommt nämlich in den Fällen, wo der Ausländer mit einem österreichischen Staatsangehörigen getraut werden soll, darnach bei dem österr. Brauttheile, dessen subjektive rechtliche Befähigung auch seinerseits die beabsichtigte Ehe einzugehen, zu beurtheilen; wenn hingegen beide Brautleute Ausländer sind, bleibt noch immer die objektive Zulässigkeit des Trauungsactes nach österr. Rechte zu prüfen, weil aus dem bloßen Umstande, daß nach dem betref-

fenden ausländischen Rechte gegen eine bestimmte Ehe kein Anstand obwaltet, noch nicht gefolgert werden kann, daß die österr. Trauungsfunktionäre zum Zustandekommen derselben auch dann mitzuwirken haben,

wenn die österr. Gesetze sie schlechterdings verbieten oder gar als strafbar verpönnen, oder wenn von einem der Brauttheile offenbar eine Umgehung der österr. Gesetzbestimmungen beabsichtigt würde.“

22.

Dokumente behufs Erwirkung des bürgerlichen Eheaufgebotes in Italien.

Nach dem italienischen bürgerlichen Gesetze wird für Ehen, welche von Italienern im Auslande geschlossen werden, das bürgerliche Aufgebot in der italienischen Heimatsgemeinde vorgeschrieben (Diöcesanblatt II. S. 21). Um dieses Aufgebot durch das königlich-italienische Consulat in Wien zu erwirken, sind an dasselbe folgende Dokumente einzusenden:

Gesuch des Pfarrers, vor dem die Ehe geschlossen werden soll, gerichtet an den Sindaco (Bürgermeister) der Gemeinde des Bräutigams und der Braut in Italien, womit das Aufgebot der Ehe begehrt wird.

Geburtscheine des Bräutigams und der Braut.

Ledigscheine für beide, und zwar neuen Datums.

Zustimmung der Eltern des Bräutigams, wenn er als Oesterreicher noch nicht 24 Jahre oder als Italiener noch nicht 25 Jahre alt ist.

Zustimmung der Eltern der Braut, wenn sie als Oesterreicherin noch nicht 24 oder als Italienerin noch nicht 21 Jahre alt ist.

Dokument des italienischen Bräutigams über erfüllte Wehrpflicht.

Die Dokumente sollen, wenn möglich, um Auslagen und Arbeit zu ersparen, entweder italienisch oder lateinisch, oder französisch geschrieben sein.

Ueberdies ist dem Consulate ein Geldvorschuß zu schicken für die Auslagen, über die Rechnung gelegt werden wird (als solcher Vorschuß werden gewöhnlich 15 fl. gefordert).

Oder es sind Bescheinungen einzusenden, daß beide Brauttheile arm und dürftig sind (Certificato di miserabilità, auszustellen von der Aufenthalts-Gemeindebehörde).

Dies wird der hochw. Seelsorge-Geistlichkeit hiemit zur Kenntniß gebracht.

23.

Die Anmerkung der Legitimation eines unehelichen Kindes durch nachgefolgte Ehe der Eltern in der Geburtsmatrik kann nach Ableben des angeblichen Vaters nur auf Grund eines mit Erfolg durchgeführten Civilprocesses begehrt werden.

(Erkenntniß vom 24. November 1887, B. 2753.)

Der k. k. B.-G.-Hof hat über die Beschwerde des Valentin Melchior (Tallian) ca. Entscheidung des k. k. Min. des Innern vom 14. März 1887, B. 443, betreffend die Anmerkung der Legitimation durch nachgefolgte Ehe im Taufbuche, nach durchgeführter ö. m. Verhandlung und Anhörung des k. k. Sectionsrathes Ritter von Hennig, zu Recht erkannt: „Die Beschwerde wird als unbegründet abgewiesen.“

Entscheidungsgründe.

Aus der Motivirung der vom Min. des Innern vollinhaltlich bestätigten Entscheidung der kärntnerischen Landesregierung vom 15. November 1886, B. 8756, geht hervor, daß dieselbe die Ergänzung und Richtigstellung der Taufmatrik eines unehelichen Kindes durch Eintragung des väterlichen Namens und beziehungsweise Anmerkung der Legitimation des unehelichen Kindes durch die nachgefolgte Ehe

der Eltern nur auf dem hiefür im § 164 a. b. G.-B.¹⁾ und beziehungsweise in dem Hofdekrete vom 27. Juni 1835, Polit. Ges.-Samml. Band 63, Nr. 97, vorgezeichneten Wege, nämlich nur mit ausdrücklicher Zustimmung des Vaters für zulässig hält.

Hiebei ist jedoch außer Acht gelassen, daß es sich dabei, was insbesondere die Legitimation durch die nachgefolgte Ehe betrifft, um ein aus dem Gesetze (§ 160 a. b. G.-B.²⁾ fließendes Recht des Kindes handelt, welches von keiner weiteren Willenserklärung oder Zustimmung des Vaters abhängig ist und daher, wenn letzterer selbst die Berichtigung der Matrif nicht veranlassen will oder — z. B. wegen mittlerweiligen Ablebens — nicht veranlassen kann, sich in den allgemeinen gesetzlichen Wegen erstreiten läßt. Dagegen ist andererseits auch klar, daß, da ein solcher Streit über eine im Sinne des § 160 a. b. G.-B. behauptete Legitimation als Streit über Familienrechte erscheint, die bezügliche Rechtsführung vor den Civilrichter gehört und die Berichtigung der Matrif seitens der politischen Behörde nur auf Grund eines mit Erfolg durchgeführten Civilprocesses begehrt werden kann.

Die entgegengesetzte, in der Beschwerde vertretene Ansicht weist der Matrifenbehörde eine derselben nicht zukommende Competenz zu. Die gesetzliche Aufgabe des Matrifenführers besteht nur darin, die seiner Evidenzhaltung anheimgegebenen Acte zur Zeit ihrer Ereignung und nach den zu dieser Zeit vorliegenden, vorschriftsmäßig beglaubigten Umständen, welche einen Gegenstand der Immatrifulirung bilden, ordnungsmäßig zu verzeichnen. Nachträgliche Eintragungen dagegen, nämlich solche, welche nach bereits geschehener

Verzeichnung des Geburts-, Trauungs- oder Sterbefalles erfolgen, fallen regelmäßig nicht in die Aufgabe des Matrifenführers; nur in dem Falle, als bei der ersten Eintragung irgend etwas, was damals hätte eingetragen werden sollen, aus Nachlässigkeit oder Versehen nicht aufgezeichnet wurde oder als die Matrifenbücher in einzelnen Blättern verloren gegangen sind, gestattet das Hofdekret vom 5. April 1844, Justiz-Ges.-Samml. Nr. 799, auch nachträgliche Eintragungen mit Genehmigung der Landesbehörde, worin aber keine Ausnahme von obiger Regel gelegen ist, da es sich hiebei nur um die Bervollständigung einer nicht vollständigen Immatrifulirung im Sinne des Gesetzes oder um die Wiederherstellung des verloren gegangenen ursprünglichen Textes handelt. Ebenso wenig liegt eine eigentliche Ausnahme von obiger Regel vor, wenn auf Grund einer im Sinne des § 164 a. b. G.-B. und des Hofdekretes vom 21. Oct. 1813, Pol. G.-Samml. B. 41, S. 95 ff., erfolgten Erklärung der Vaterschaft zu einem unehelichen Kinde die hieraus sich ergebende Legitimation desselben durch die nachgefolgte Ehe der Eltern nachträglich in der Matrif angemerkelt wird. Denn hiebei handelt es sich abermals nur um eine Bervollständigung der letzteren durch eine aus zwei ordnungsmäßig einen Gegenstand der Immatrifulirung bildenden Thatsachen sich von selbst ergebende Conclusion. Anders verhält es sich aber, wenn die Vaterschaft im nicht streitigen Wege nicht in der Weise anerkannt worden ist, in welcher allein einer solchen Anerkennung nach den citirten gesetzlichen Vorschriften Wirkung für die Matrif eingeräumt ist. Denn alsdann kommt es auf eine Beweisführung an, deren Würdigung, da dieselbe den Familienstand, also eine Frage des Privatrechtes betrifft, nur dem ordentlichen Richter zustehen kann, während hierüber weder der an die Form des § 164 a. b. G.-B. gebundene Matrifenführer selbst, noch die übergeordnete politische Behörde, welcher ja nur die Aufsicht über die Einhaltung der hinsichtlich der Matrifenführung bestehenden Vorschriften seitens der Matrifenführer obliegt, zu erkennen haben.

Hiernach waren im vorliegenden Falle die Verwaltungsbehörden recht daran, daß sie auf das an sie gerichtete Ansuchen des Beschwerdeführers um

¹⁾ Die auf Angaben der Mutter erfolgte Einschreibung des väterlichen Namens in das Tauf- oder Geburtsbuch macht nur dann einen vollständigen Beweis, wenn die Einschreibung nach der gesetzlichen Vorschrift mit Einwilligung des Vaters geschehen, und diese Einwilligung durch das Zeugniß des Seelsorgers und des Pathen mit dem Beisage, daß er ihnen von Person bekannt sei, bestätigt worden ist.

²⁾ Kinder, die zwar aus einer ungiltigen, aber aus keiner solchen Ehe erzeugt worden sind, der die in den §§ 62—64 angeführten Hindernisse entgegenstehen, sind als eheliche anzusehen, wenn das Ehehinderniß in der Folge gehoben worden ist, oder, wenn wenigstens Einem ihrer Eltern die schuldlose Unwissenheit des Ehehindernisses zu Statten kommt; doch bleiben in dem letzteren Falle solche Kinder von Erlangung desjenigen Vermögens ausgeschlossen, welches durch Familienordnungen der ehelichen Abstammung besonders vorbehalten ist.

Die Anordnung dieses Paragraphes gilt gegenwärtig ohne Unterschied des Hindernisses, auf welchem die Ungiltigkeit der Ehe beruht, wenn wenigstens einem Eltertheile die schuldlose Unwissenheit des Ehehindernisses zu Statten kommt (kais. Vdg. v. 3. Juni 1858, Nr. 92. R. G. B.).

nachträgliche Anmerkung der Vaterschaft des Thomas Tallian auf Grund der diesfalls vom Beschwerdeführer unternommenen Beweisführung und sohin um Anmerkung der Legitimation des letzteren durch nachgefolgte Ehe seiner Eltern nicht eingegangen sind, ebenso kann darin, daß sie den Beschwerdeführer nicht ausdrücklich auf den Rechtsweg verwiesen haben, eine Ver-

letzung von Rechten desselben nicht gefunden werden, da die Betretung des Rechtsweges Jedermann freisteht und es hiezu keiner Anweisung durch die politische Behörde bedarf.

Die Beschwerde war sohin als gesetzlich nicht begründet zurückzuweisen.

24.

Sammlung.

Das hochlöbliche k. k. Landespräsidium von Krain hat mit Note vom 30. März 1888, Nr. 757, folgenden Aufruf, womit für die durch eine Feuersbrunst betroffenen Ortschaften Vinica, Golek und Podklanec eine Sammlung milder Gaben ausgeschrieben wird, anher mitgetheilt.

Aufruf!

Am 28. d. M. wurden die Ortschaften Weinitz, Golek und Podklanec im Bezirke Tschernembl von einer Feuersbrunst heimgesucht, welcher im Laufe weniger Stunden 46 Häuser sammt den dazu gehörigen Wirthschaftsgebäuden, bedeutende Vorräthe an Lebensmitteln und Futter sowie auch drei Warenlager zum Opfer fielen. Im Orte Weinitz blieben außer der Kirche, dem Pfarrhose, dem Schul- und dem Schloßgebäude sowie der Gendarmeriekaserne nur wenige der schlechtesten Häuser unversehrt.

Der Gesamtschade wird auf über 100.000 fl. geschätzt. Obwohl der größere Theil der Abbrändler assicurirt war, so ist trotzdem die Noth unter der Bevölkerung sehr groß, weil die Assicuranzbeträge gegenüber dem erlittenen Schaden nur geringfügige

sind und viele der Beschädigten nichts retten konnten, als das nackte Leben.

Ich finde mich daher bestimmt, eine Sammlung milder Spenden zugunsten der Abbrändler im ganzen Kronlande auszusprechen, und gebe mich der Erwartung hin, daß sich der oft bewährte Wohlthätigkeitsinn der Bevölkerung auch diesmal im reichsten Maße bethätigen werde.

Eingehende Beiträge werden vom Landespräsidium oder von den politischen Bezirksbehörden entgegengenommen, durch die Landeszeitung veröffentlicht und ihrer Bestimmung zugeführt werden.

Lai bach am 30. März 1888.

Der k. k. Landespräsident.

Die hochw. Herren Seelsorger werden angewiesen, die angeordnete Sammlung durch Verkündigung von der Kanzel zu fördern und die einfließenden Spenden an die betreffende k. k. Bezirkshauptmannschaft beziehungsweise an den Stadtmagistrat in Laibach einzusenden.

25.

Literatur.

„De aeterno sacerdotio“ von Kardinal Manning. — Dieses berühmte, bereits in mehrere europäische Sprachen übersehte Werk des gelehrten

Kirchenfürsten erschien nun im Verlage des hochw. Metropolitan-Capitels von Sarajevo auch in kroatischer Uebersetzung von Mihajlo Trbojević. Das

Werk handelt über die Natur und den Zweck des katholischen Priesterthums, über die Pflichten desselben, über die Nothwendigkeit des heiligmäßigen Lebenswandels des Priesters zu Hause, in der Kirche, im äußeren Leben und am Todtenbette. In der Ueberzeugung, daß die anregende Lectüre dieses Buches jedem Priester vom größten Nutzen wäre, wird dasselbe allen des Kroatischen kundigen Diöcesanpriestern wärmstens empfohlen.

Das Werk ist käuflich zu haben bei der Administration der „Vrhbosna“ in Sarajevo, und zwar broschirtes Exemplar um 1 fl., per Post 1 fl. 10 kr. De. W.

Weiters werden die Herren Seelsorger auf die sehr brauchbare Schrift: „Methode zur Auffindung der Ehehindernisse bei mehrfacher Blutsverwandtschaft“ von P. Julius Müllendorff aufmerksam gemacht. (Verlagsbuchhandlung „Styria“ in Graz. Preis 30 kr.)

26.

Concurs-Verlautbarung.

Die Pfarre Javorje, im Decanate Littai, ist durch Beförderung in Erledigung gekommen und wird dieselbe zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfründe sind an die löbliche Inhabung des Gutes Slatenog zu richten.

Die schon länger vacant stehende Pfarre Zaplana, im Decanate Vrhnika, wird ebenfalls zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Religionsfonds-Pfarre sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu Laibach zu stylisiren.

Peremptorischer Competenztermin 26. Mai 1888.

27.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Johann Virant auf die Pfarre Mokronog, am 8. April, und Lorenz Gantar auf die Pfarre Čermosnjice, am 17. April 1888.

Dem Herrn Martin Končnik, Pfarrer in Javorje, wurde die Pfarre Cerklje bei Krsko verliehen.

Herr Franz Tavčar, expon. Kaplan in Sent-Jost, wurde über eigenes Ansuchen in gleicher Eigenschaft nach Zgornja Besnica übersetzt.

Herr Josef Škofic, Deficientenpriester, wurde als Provisor der vacanten Pfarre Zaplana wieder angestellt.

Gestorben sind die Herren: Josef Poklukar, Issenhaus'scher Curatbeneficiat in Vače, am 16. März; Andreas Adamič, Deficientenpriester in Zatičina, am 18. März, und Matthäus Ševelj, pens. Pfarrer in Altlag, am 17. April 1888. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 14. April 1888.